



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Vita S. Libori[i], Cenomanensis Qvondam Episcopi: Nunc Paderbornensivm Tvtelaris Divi**

**[S.l.], [ca. 1650]**

Capvt V. Paderbornensis Ecclesiæ incunabula. Primus illius Episcopus.  
Carolus Magnus VWestphaliæ Apostolus laudatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45568**

Reliquia-  
rum honor  
& virtus.

mâ detulerat, collocavit, fiducialiter id Principi promittēs, quòd O-ratorium illud, tanti Martyris patrociniò munìtum, non ulterius passurum foret iniuriam, quam ipso referente, prius ei contigisse cognouit: vt videlicet ob incolarum loci perfidiam & odium in religionem Christianam, aliquoties igni traderetur. Et ob hanc maximè causam, easdem Reliquias ibi rogatu Imperatoris condidit, nō sine effectu congruo fiducia, sponsionisque suæ, cū nihil tale postmodum illic perpetratum esse certissimum sit.

## CAPVT V.

*Paderbornensis Ecclesia incunabula. Primus illius Episcopus. Carolus Magnus V Westphaliae Apostolus laudatur.*

**H**oc igitur ordine Paderbornensis Ecclesiæ sedes Episcopalis tam Imperatoria sanctione,



ctione, quàm Apostolicæ benedi-  
 ctionis autoritate primitus consti-  
 tuta, ob causam superiùs memora-  
 tam, commendata fuit aliquandiu  
 tuitioni præfulum cuiusdam castel-  
 li orientalis Franciæ, quod sermone  
 barbaro Wirtzburg appellatur.  
 Sub quorùm regimine status re-  
 rum ipsius parum proficere potuit:  
 quippè cùm loca ipsa longa inter se  
 terrarum intercapedine distarent,  
 & præfatos præfules rarò hanc no-  
 uellam Ecclesiam inuisere, vel oc-  
 cupatio permetteret, vel commo-  
 ditas suaderet. Neque enim ibi de-  
 erant negocia, quibus procurandis  
 insisterent, neque huc pergendi la-  
 borem paruum faciebat itineris lō-  
 gitudo. Ibi res necessariæ sufficien-  
 tes erant & ordinatæ: hîc & tenues  
 & cum difficultate nouiter ordinā-  
 dæ. Quocirca meritò vtilius visum  
 est, hanc sedem suam per se habere  
 Antistitem, qui non alibi occupa-  
 tus, hîc tantum agendis rebus præ-  
 sens

Paderborn.

Ecclesia

Wirtzburg.

genfi inspe-

ctioi subo-

dita.

Residentia

Episcopalis

necessitas.

21013



*Hathumarus primus  
Episcopus  
Paderbornensis.*

*Carolus M.  
Saxonum  
Apostolus.  
Petrus à con.*

sens infudaret. Erat tunc temporis in Clero Wirtziburgensi Vir magnæ humilitatis atque modestiæ, Hathumarus nomine, de gente nostræ, hoc est, Saxonica oriundus: qui cum adhuc puer esset, belli tempore Carolo Imperatori obses datus, illic seruari iussus est, ubi postea tonsuratus, ac studijs literarum traditus, in virum perfectum moribus & eruditione profecit. Hic ex præcepto principis primus est Paderbornensis Ecclesiæ ordinatus Episcopus. Post cuius ordinacionem paucis annis transactis, idem gloriosissimus Princeps ab hac luce migravit. Cuius incomparabilem in omni virtutum gloria præstantiam licet libellus de vita eius cõscriptus plenissimè referat, nos tamen hic aliquid de eo vel breuiter dicere, ipsius in nos beneficij magnitudo suadet. Quem arbitror nostrum iure Apostolum nominari: quibus vt ianuam fidei aperiret, ferrea quodammodo



modo lingua prædicauit. Qui cum, *cionari lin-*  
 toties victoriâ potitus, quoties in *gua solitus*  
 procinctu positus, multas sibi gen-  
 tes, multa regna subiecerit: constat  
 tamen eum gloriosissimè etiam de  
 Diabolo triūphasse: cui tot anima-  
 rum millia, prius sub eius tyranni-  
 de captiua, in conuersatione nostre  
 gentis eripuit, & Christo Domino  
 acquisiuit. A quo illum hoc recipere  
 præmium & confidimus, & opta-  
 mus, vt fruatur in cœlis Apostolo-  
 rum consortio, quorum functus est  
 in terris officio.

## CAPVT VI.

*Baduradi II. Episcopi Paderb. Virtutes egregiæ  
 & Zelus.*

**V**T verò ad propositum re-  
 deamus, defuncto Carolo,  
 Hathumaro quoq; Episco-  
 pò non longo pòst tempore ab hac  
 mortalitate ad perennem, vt credi-  
 mus vitâ assumpto, successit ei vir e-  
 gregius